

MISSÆ PROPRIÆ DIŒCESIS SANGALLENSIS

Die 5 Decembris

S. Lucii Ep. et Mart.

Duplex

Missa Státuit, de Communi unius
Martyris 1 loco, præter Orationem
sequentem:



Oratio P
eus, qui beátum Lú-
cium Mártylem tu-
um atque Pontíficem
de terréno regno ad
cælestis regni glóri-
am transtulísti: ejus,
quásumus, méritis et intercessióne,
Regis regum Jesu Christi, Fílli tui,
fáciás nos esse consórtes: Qui te-
cum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Deinde Commemoratio S. Sabbæ
Abbatis, ut in Missali hac die.

Secreta C

Hóstias tibi, Dómine, beáti Lúcioi
Mártiris tui atque Pontíficis
dicátas méritis, benignus assúme:
et ad perpétuum nobis tríbue pro-
venire subsídium. Per Dóminum.

Postcommunio C

Refécti participatióne múnéris
sacri, quásumus, Dómine,
Deus noster: ut, cuius exséquimur
cultum, intercedénte beáto Lúcio
Mártire tuo atque Pontífice, sentiá-
mus efféctum. Per Dóminum.

Die 22 Decembris

B. Petri Canisii Confessoris


Duplex

Missa Justus ut palma, de Com-
muni Conf. non Pont. 2 loco, præ-
ter Orationes sequentes:

Oratio P

Deus, qui ad tuéndam cathóli-
cam fidem beátum Petrum
Confessórem tuum virtúte et doc-
trína roborásti: concéde propítius;
ut ejus exémplis et móniis errán-
tium corda ad salútem resipíscant,
et fidélium mentes in veritátis con-
fessióne persevérant. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ, cujus,
in Quatuor Temporibus, legitur et-
iam Evangelium in fine.



MISSÆ PROPRIÆ DIŒCESIS SANGALLENSIS

Die 5 Decembris

S. Lucii Ep. et Mart.

Duplex

Missa Státuit, de Communi unius
Martyris 1 loco, præter Orationem
sequentem:



Oratio P
eus, qui beátum Lú-
cium Mártylem tu-
um atque Pontíficem
de terréno regno ad
cælestis regni glóri-
am transtulísti: ejus,
quásumus, méritis et intercessióne,
Regis regum Jesu Christi, Fílli tui,
fáciás nos esse consórtes: Qui te-
cum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Deinde Commemoratio S. Sabbæ
Abbatis, ut in Missali hac die.

Secreta C

Hóstias tibi, Dómine, beáti Lúcioi
Mártiris tui atque Pontíficis
dicátas méritis, benignus assúme:
et ad perpétuum nobis tríbue pro-
venire subsídium. Per Dóminum.

Postcommunio C

Refécti participatióne múnéris
sacri, quásumus, Dómine,
Deus noster: ut, cuius exséquimur
cultum, intercedénte beáto Lúcio
Mártire tuo atque Pontífice, sentiá-
mus efféctum. Per Dóminum.

Die 22 Decembris

B. Petri Canisii Confessoris

Duplex

Missa Justus ut palma, de Com-
muni Conf. non Pont. 2 loco, præ-
ter Orationes sequentes:

Oratio P

Deus, qui ad tuéndam cathóli-
cam fidem beátum Petrum
Confessórem tuum virtúte et doc-
trína roborásti: concéde propítius;
ut ejus exémplis et móniis errán-
tium corda ad salútem resipíscant,
et fidélium mentes in veritátis con-
fessióne persevérant. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ, cujus,
in Quatuor Temporibus, legitur et-
iam Evangelium in fine.

Secreta

P

Sanctifica, misericors Deus, haec inúnera et præsta: ut, sicut Unigenitus tuus holocaustum pro nobis fieri dignatus est; ita beati Petri Confessoris exémplo nos júgiter exhibeámus tibi hóstiam laudis. Per eúndem Dóminum.

Postcommunio P

Sacrificium, Dómine, quod in honorem beati Petri Confessoris obtulimus: fidem nostram, spem et caritatem adaugeat; atque Ecclesiam tuam nova semper prole lætificet. Per Dóminum.

¶ In Quatuor Temporibus Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Feria, cum Commemoratione B. Petri Canisii.

Die 21 Januarii

Pro Commemoratione
S. Meinradi Martyris

Oratio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui beati Meinrádi Mártyris tui natalicia cólimus, intercessione ejus, in tui nóminalis amore roborémur. Per Dóminum.

Secreta

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsque suscéptis: et cælestibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum.

Postcommunio

Da, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, sicut tuorum commémoratione Sanctórum, temporali gratulámur officio; ita perpétuo lætemur aspéctu. Per Dóminum.

¶ Sicubi vero dicenda sit integra Missa de S. Meinrado, sumatur

Missa In virtute, de Communi unius Martyris 3 loco.

Die 31 Januarii

S. Eusebii Martyris,
Patroni minus principalis Diœcesis

Duplex majus

Missa Lætabitur, de Communi unius Martyris 4 loco.

Et fit Commemoratio S. Petri Nolasco Conf., ut in Missali hac die.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Petro Nolasco Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Eusebii.

Die 14 Februarii

S. Valentini Ep. et Mart.

Duplex

Missa Státuit, de Communi unius Martyris 1 loco.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ, ac legitur ejus Evangelium in fine; deinde Commemoratio S. Valentini Presbyteri et Martyris, ut in Missali hac die.

¶ In Quadragesima Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Feria, cum Commemoratione S. Valentini Ep. et Mart. et S. Valentini Presb. et Mart.

Die 6 Martii

S. Fridolini Confessoris

Duplex

Introitus

Ps. 91, 13-14

ustus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicabitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri. Ps. ibid., 2 Bonum est confitéri Dómino: et psáltere nómini tuo, Altíssime.

¶ Glória Patri.

Oratio

Beáti Confessóris et Sacerdótis tui Fridolíni, quæsumus, Dómine, supplicatióne placátus: et véniam peccatórum nobis tribue, et remédia sempítérra concéde. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Ss. Perpetuæ et Felicitatis Mm.:

Oratio

Da nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Mártirum tuárum Perpétuæ et Felicitatis palmas incessábili devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde, in Quadragesima, Commemoratio Feriæ.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios I Cor. 4, 9-14

Fratres: Spectáculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infírmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis cædimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes máníbus nostris: maledícimur, et benedícimus: persecutióñem pátimur, et sustinémus: blasphemámur, et obsecrámus: tamquam purgaménta hujus mundi facti sumus, ómnium peri-pséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut fílios meos caríssimos móneo: in Christo Jesu, Dómino nostro.

Graduale Ps. 36, 30-31 Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judíciu[m]. V. Lex Dei

ejus in corde ipsíus: et non supplantabúntur gressus ejus.

Tractus Ps. 111, 1-3 Beá tus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. V. Potens in terra erit semen ejus: generátió rectórum benedicétur. V. Glória et divítiae in domo ejus: et justítia ejus manet in sǽculum sǽculi.

 Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam

Luc. 12, 35-40

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in máníbus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis: ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigilantes: amen, dico vobis, quod præcínget se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scítote, quóniam, si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti, quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis vénet.

Offertorium Ps. 20, 2-3 In virtúte tua, Dómine, lætabitur justus, et super salutáre tuum exsultábit vheménter: desidériu[m] ánime ejus tribuísti ei.

Secreta.

P

Sacrificium, Dómine, quod desideránter offérimus, gratum tibi beáti Fridolíni Confessóris tui preces effícient. Per Dóminum.

**Pro Ss. Perpetua et Felicitate
Secreta**

Inténde, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuæ et Felicitátis festivitáte propósita: ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti; ita nobis indulgéntiam largiáris. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde, in Quadragesima, Commemoratio Feriæ.

Communio Matth. 19, 28 et 29
Amen, dico vobis: quod vos, qui reliquístis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis, et vitam ætérnam possidébitis.

Postcommunio P

Quæsumus, omnípotens Deus: ut beáti Fridolini Confessóris tui sancta precátio et a terrénis nos afféctibus indesinénter expédiat, et cælestia desideráre perficiat. Per Dóminum nostrum.

**Pro Ss. Perpetua et Felicitate
Postcommunio**

Mýsticis, Dómine, repléti sumus votis et gáudiis: præsta, quæsumus; ut intercessióibus sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuæ et Felicitátis, quæ temporáliter ágimus, spirituáliter consequámur. (Per Dóminum.)

Deinde, in Quadragesima, Commemoratio Feriæ, et legitur ejus Evangelium in fine.

J Missæ privatæ dici possunt etiam, juxta Rubricas, aut de Ss. Perpetua et Felicitate Mm., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Fridolini et, in Quadragesima, Feriæ, cuius tunc etiam Evangelium legitur in fine; aut, in Quadragesi-

ma, de Feria, cum Commemoratione S. Fridolini et Ss. Perpetuæ et Felicitatis.

Die 22 Martii

**B. Nicolai de Flüe Confessoris
Duplex**

Introitus

Ps. 54, 8 et 10



Bcce, elongávi fúgiens, et mansi in solitúdine: quóniam vidi iniquitátem et contradictionem in civitáte. Ps. 111, 1 Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui beátum Nicoláum Eremitam Angelórum esca mirabiliter nutríre ac donis cælestibus cumuláre voluísti: concéde, quæsumus; ut, ejus intercessióne, Domínicum corpus et sanguinem digne súmere in terris et gloriósum conspícere mereámur in cælis. Per eúndem Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios Eph. 1, 16-23

Fratres: Non cesso grátias agens pro vobis, memóriam vestri faciens in oratióibus meis, ut Deus, Dómini nostri Jesu Christi pater gloriæ, det vobis spíritum sapiéntiæ et revelationis, in agnitione ejus: illuminátos óculos cordis vestri, ut sciátis, quæ sit spes vocatiónis ejus, et quæ divítiae gloriæ hereditatis ejus in sanctis, et quæ sit superéminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui crédimus secúndum operationem poténtiæ virtutis ejus, quam operátus est in Christo, súscitans illum a mórtuis, et constitúens ad

déxteram suam in cælestibus: supra omnem principátum et potestátem et virtútem et dominatióne, et omne nomen, quod nominátur non solum in hoc sǽculo, sed etiám in futúro. Et ómnia subjécit sub pédibus ejus: et ipsum dedit caput supra omnem Ecclésiam, quæ est corpus ipsíus, et plenitúdo ejus, qui ómnia in ómnibus adimplétur.

Graduale Eccli. 51, 18-20 Cum adhuc júnior essem, priúsq; am oberrárem, quæsívi sapiéntiam Dómini in oratióne mea, ante templum postulábam pro illa; et efflóruit tamquam præcox uva: lætátum est cor meum in ea, ambulávit pes meus iter rectum; a juventúte mea inveſtigábam eam. V. Gal. 6, 14 Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.

Tractus Eccli. 15, 3 Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus, et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum, et dedit illi claritátem æternam Dóminus, Deus noster.

 Sequéntia sancti Evangélii se-cúndum Mattháeum

Matth. 19, 27-29

In illo témporte: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Filius hóminis in sede majestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut filios,

aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam æternam possidébit.

Offertorium 2 Cor. 4, 9-11 Pátimur semper mortificatióne Jesu in cörpore nostro circumferéntes, ut et vita Jesu manifestétur in corpóribus nostris. Semper enim nos, qui vívimus, in mortem trádimur propter Jesum, ut et vita Jesu mani-festétur in carne nostra mortáli.

Secreta

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctifica: et, intercedénte beáto Nicoláo Confessóre tuo, per éadem nos placátus inténde, ut, tibi famulántes in terris, glória tua perfruámur in cælis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Communio Gal. 2, 19-20 Christo confíxus sum cruci. Vivo autem, jam non ego: vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne: in fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me et trádidit semetípsum pro me.

Postcommunio

Pretiói córporis et sanguinis tui, Dómine, refécti salutáribus aliméntis: concéde nobis; ut, méritis et præcibus beáti Nicolái in tua semper caritaté manéntes, ad ætérrna gáudia transíre mereá-mur. Qui vivis.

Et fit Commemoratio Feriæ, ac legitur ejus Evangelium in fine.

Die 6 Aprilis

S. Notkeri Confessoris,
Patroni minus principalis Diœcesis
Duplex majus

Missa Justus ut palma, de Com-muni Conf. non Pont. 2 loco.

In Quadragesima fit Commemoratio Feriæ, et legitur ejus Evangelium in fine.

Die 15 Aprilis

In Translatione S. Othmari

Abbatis

Duplex majus

Missa Os justi, de Communi Abbatum, præter Orationem sequentem:

Oratio P

Deus, qui nos beati Othmári Abbátis ánnua sollemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, cujus translatióne colimus, étiam actioñes imitémur. Per Dóminum nostrum.

In Quadragesima fit Commemoratio Feriæ, et legitur ejus Evangelium in fine.

Secreta C

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Othmárus Abbas, quæsumus, in salútem nobis proveníre depóscat. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio C

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptióne sacraménti beátus Othmárus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatióne ejus experiámur insígnia, et intercessiónis percipiámus suffrágia. Per Dóminum nostrum.

Die 11 Maji

S. Wyboradæ Virg. et Mart.

Duplex

Missa Me exspectavérunt, de Communi Virginum 2 loco.

Die 14 Maji

Pro Pago Abbatiscellæ interiore:
S. Bonifatii Martyris

Duplex II classis

Missa Protexísti, de Communi Martyrum Tempore Paschali 1 loco, præter Orationes, quæ dicuntur ut in Missali die 14 Maji.

Quando Festum contingat transferri extra Tempus Paschale, tunc sumenda est Missa In virtúte, de Communi unius Martyris 3 loco, cum Orationibus ut supra.

Die 16 Maji

S. Joannis Nepomuceni Martyris

Duplex majus

Introitus Ps. 63, 3



rotexísti me, Deus, a convertu malignántium, allelúja: a multitúdine operántium iniquitátem, allelúja, allelúja. Ps. ibid., 2 Exáudi, Deus, oratióne meam cum déprecor: a timóre inimíci éripe ánimam meam. V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui ob invictum beati Joánnis sacramentálē siléntium nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti: da nobis ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodíre, ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum in hoc sáculo toleráre. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Ubaldi Ep. et Conf.:

Oratio

Auxílium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impénde: et, intercessióne beati Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, contra

omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ
Sap. 5, 1-5

Stabunt justi in magna constántia adverſus eos, qui se angustiavérunt et qui abstulérunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timóre horribili, et mirabúntur in subitatióne insperátæ salútis, dicéntes intra se, pæniténtiam agéntes, et præ angústia spíritus geméntes: Hi sunt, quos habúimus aliquando in derísum, et in similitúdinem impropérii. Nos insensáti vitam illórum æstimabámus insániam, et finem illórum sine honóre: ecce, quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illórum est.

Allelúja, allelúja. V. Ps. 88, 6 Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine: étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum. Allelúja. V. Ps. 20, 4 Posuísti, Dómine, super caput ejus corónam de lápide pretiósso. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangélii secundum Mattháeum
Matth. 10, 26-32

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nihil est opértum, quod non revelábitur; et occúltum, quod non sciétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Et nolíte timére eos, qui occídunt corpus, ánimam autem non possunt occídere; sed pótius timéte eum, qui potest et ánimam et corpus pérdere in gehénnam. Nonne duo pásseres asse véneunt: et unus

ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capílli cápitis omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére: multis passéribus meliòres estis vos. Omnis ergo, qui confitébitur me coram homíni-bus, confitébor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

Offertorium Ps. 88, 6 Confitebún-tur cæli mirabília tua, Dómine: et veritátem tuam in ecclésia sanctórum, allelúja, allelúja.

Secreta

Per hæc tua, Dómine, sacra my-stéria illo nos caritátis igne accendámur: quo ínclitus Martyr Joánnes, éadem peragéndo, flagrábat. Per Dóminum.

Pro S. Ubaldo Secreta

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubíque lætíficent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Communio Ps. 63, 11 Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo: et laudabúntur omnes recti corde, allelúja, allelúja.

Postcommunio

Spíritum, Dómine, fortitúdinis hæc nobis tríbuat mensa cæ-léstis: quæ beáti Mártyris tui Joánnis pro sacraménti honóre tentátam constántiam júgiter áluit ad victóriam. Per Dóminum.

Pro S. Ubaldo Postcommunio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes; intercede-nté beáto Ubaldo Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia po-tiória sumámus. Per Dóminum.

J Missæ privatae dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Ubaldo Ep. et Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Joannis Nepomuceni.

Die 4 Julii

S. Udalrici Ep. et Conf.

Duplex

Missa Sacerdotes tui, de Communi Conf. Pont. 2 loco.

Et fit Commemoratio Octavæ Ss. Petri et Pauli App., ut in Missali hac die.

Dicitur Credo, ratione Octavæ.

Die 11 Julii

Ss. Placidi Martyris
et **Sigisberti** Abbatis

Duplex

Missa Sapientiam, de Communi plurimorum Martyrum 2 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio P

Fac nos, quæsumus, Dómine, sanctorum tuorum Plácdi et Sigisbérti semper festa sectari: quorum suffrágis protectionis tuæ dona sentiámus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Pii I Papæ et Mart., Orationes ex Missa Státuit, de Communi unius Martyris 1 loco.

Secreta C

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotionis offérimus: quæ et pro tuorum tibi grata sint honore Justorum, et nobis salutária, te misérante, reddántur. Per Dóminum.

Postcommunio P

Præsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis tuis Plácido et Sigisbérto; ut, quod

ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

Dominica post diem 22 Julii

Pro foro:

Festum Ss. Reliquiarum
quæ in Ecclesiis Diocesis asser-vantur

Duplex I classis

Missa Multæ tribulatiōnes, ut infra die 5 Novembris notatur.

Et fit Commemoratio Dominicæ, cum Credo, Præfatione Ss̄mæ Trinitatis et ultimo Evangelio Dominicæ.

Die 27 Augusti

S. Gebhardi Ep. et Conf.

Duplex

Missa Sacerdotes tui, de Communi Conf. Pont. 2 loco.

Et fit Commemoratio S. Josephi Calasanctii Conf., ut in Missali hac die.

J Missæ privatae dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Josepho Calasanctio Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Gebhardi.

Dominica I in mense Septembri

Pro foro:

Festum Ss. Angelorum Custodum

Duplex II classis

Missa principalis dicitur ut in Missali die 2 Octobris, cum Commemoratione Dominicæ, Credo, Præfatione Ss̄mæ Trinitatis et ultimo Evangelio Dominicæ.

Die 6 Septembris

S. Magni Abbatis

Duplex

Missa Os justi, de Communi Abbatum.

Die 22 Septembbris

Ss. Mauritii et Sociorum Mm.
Duplex

Introitus Ps. 78, 11, 12 et 10

Ntret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicínis nostris séptuplum in si-
nu eórum: víndica sanguinem Sanc-
tórum tuórum, qui effúsus est. Ps.
ibid., 1 Deus, venérunt gentes in
hereditátem tuam: polluérunt tem-
plum sanctum tuum: posuérunt Je-
rúsalem in pomórum custódiam.

V. Glória Patri.

Oratio

Annue, quæsumus, omnípotens Deus: ut sanctórum Mártir-
um tuórum Maurítii et Sociórum ejus nos lætíficit festíva sollém-
nitas; ut, quorum suffrágiis níti-
mur, eórum natalíciis gloriémur.
Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio S. Thomæ de Villanova Ep. et Conf.:

Oratio

Deus, qui beátum Thomam Pon-
tíficem insígnis in páuperes misericórdiæ virtúte decorásti: quæ-
sumus; ut, ejus intercessióne, in omnes, qui te deprecántur, divítias misericórdiæ tuæ benígnus effún-
das. (Per Dóminum.)

In Quatuor Temporibus fit Com-
memoratio Feriæ.Léctio libri Apocalýpsis beáti Jo-
ánnis Apóstoli Apoc. 7, 13-17

In diébus illis: Respóndit unus de senióribus, et dixit mihi: Hi, qui amícti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venérunt? Et dixi illi: Dómine mi, tu scis. Et dixit

mihi: Hi sunt, qui venérunt de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas, et dealbavérunt eas in sán-
guine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, et sérviunt ei die ac nocte in templo ejus: et qui sedet in throno, habitábit super illos: non esú-
rient neque sítient ámplius, nec cadet super illos sol neque ullus æstus: quóniam Agnus, qui in mé-
dio throni est, reget illos et dedúc-
cet eos ad vitæ fontes aquárum: et abstérgat Deus omnem lácrimam ab óculis eórum.

Graduale Exodi 15,11 Gloriósus Deus in Sanctis suis: mirábilis in majestáte, fáciens prodígia. V. Ib., 6 Déxtera tua, Dómine, glorificáta est in virtúte: déxtera manus tua confrégit inimícos.

Allelúja, allelúja. V. Eccli. 44, 14 Córpora Sanctórum in pace sepúl-
ta sunt, et nómina eórum vivent in generatióne et generatióne.
Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangélii se-
cúndum Lucam

Luc. 21, 9-19

In illo témpore: Dixit Jesus discí-
pulis suis: Cum audiéritis prœ-
lia et seditiónes, nolíte terréri: opór-
tet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis: Sur-
get gens contra gentem, et regnum adversus regnum. Et terræmotus magni erunt per loca, et pestiléntiæ, et fames, terrorésque de cælo, et signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia injícient vobis manus suas, et persequéntur tradéntes in syna-
gógas et custódias, trahéntes ad reges et præsides propter nomen meum: contíget autem vobis in testimónium. Pónite ergo in córdi-

bus vestris non præmeditári quem-
ámodum respondeátis. Ego enim
dabo vobis os et sapiéntiam, cui
non póterunt resistere, et contra-
dícer omnes adversárii vestri. Tra-
démini autem a paréntibus, et frá-
tribus, et cognátis, et amícis, et
morte affícient ex vobis: et éritis
ódio ómnibus propter nomen me-
um: et capíllus de cápite vestro non
períbit. In patiéntia vestra possidé-
bitis ánimas vestras.

Offertorium Ps. 67, 36 Mirabilis
Deus in Sanctis suis: Deus Israël,
ipse dabit virtutem et fortitudinem
plebi suæ: benedictus Deus, alleluja.

Secreta

Réspice, quæsumus, Dómine,
múnera, quæ in sanctórum
Mártýrum tuórum Maurítii et So-
ciórum ejus commemoratióne de-
férimus: et præsta; ut, quorum
honóre sunt grata, eórum nobis
fiant intercessióne perpétua. Per
Dóminum nostrum.

Pro S. Thoma Secreta

Sancti Thomæ Confessóris tui
atque Pontíficis, quásumus,
Dómine, ánnua sollémnitas pietáti
tuæ nos reddat accéptos: ut, per
hæc piæ placatiónis officia, et il-
lum beáta retribútio comitétur, et
nobis grátiae tuæ dona concíliet.
(Per Dóminum.)

In Quatuor Temporibus fit Com-
memoratio Feriæ.

Communio Sap. 3, 4, 5 et 6 Et si
coram homínibus torménta passi-
sunt, Deus tentávit eos: tamquam
aurum in fornáce probávit eos, et
quasi holocáusta accépit eos.

Postcommunio

Cælestibus refécti sacraméntis et
gáudiis: súpplices te rogámus,

Dómine; ut, quorum gloriámur tri-
úmphis, protegámur auxíliis. Per
Dóminum nostrum.

Pro S. Thoma Postcommunio

Deus, fidélium remunerátor ani-
márum: præsta; ut beáti Tho-
mæ Confessóris tui atque Pontífi-
cis, cujus venerándam celebrámus
festivitátem, précibus indulgéntiam
consequámur. (Per Dóminum.)

In Quatuor Temporibus fit Com-
memoratio Feriæ, et legitur ejus
Evangelium in fine.

¶ Missæ privatae dici possunt etiam, juxta Rubricas, aut de S. Thoma de Villanova Ep. et Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione Ss. Mauritii et Soc. et, in Quatuor Temporibus, Feriæ, cuius tunc etiam Evangelium legitur in fine; aut, in Quatuor Temporibus, de Feria, cum Commemoratione Ss. Mauritii et Soc. ac S. Thomæ de Villanova.

Eadem die 22 Septembris

Pro Pago Abbatiscellæ interiore:

Ss. Mauritii et Sociorum Mm.,

Patronorum principalium

Duplex I cl. cum Octava communis

Missa ut supra, et dicitur Credo
per totam Octavam.

De S. Thoma Ep. et Conf. fit Com-
memoratio in Missis privatis lectis
tantum.

Dominica sequenti per totum Pagum pro foro celebratur Anniversarium Dedicationis Ecclesiæ (duplex I classis), et dicitur Missa principalis Terribilis, cum Commemoratione Dominicæ, Credo, Præfatione Ssñæ Trinitatis et ultimo Evangelio Dominicæ.

In die Octava, 29 Septembris, dicitur Missa de S. Michaële, et fit Commemoratio diei Octavæ in Missis tantum privatis lectis. Quando vero hæc dies sit Dominica, tunc in Missa de S. Michaële Orationi sub unica conclusione additur Oratio de Dedicatione Ecclesiæ et fit Commemoratio Dominicæ sub distincta conclusione.

Dominica I in mense Octobri

Pro foro:

Sacratissimi Rosarii B. M. V.

Duplex II classis

Missa principalis dicitur ut die 7 Octobris, cum Commemoratione et ultimo Evangelio Dominicæ.

Præfatio Et te in Festivitáte.

Die 6 Octobris

S. Fidei Virginis et Martyris

Duplex

Missa Loquébar, de Communi Virginum 1 loco.

Et fit Commemoratio S. Brunonis Confessoris, ut in Missali hac die.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Brunone Confessore, ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Fidei.

Die 16 Octobris

Sancti Galli Abbatis,

Patroni principalis

Ecclesiæ Cathedralis et Diœcesis Sangallensis

Duplex I cl. cum Octava communis

Missa Os justi, de Communi Abbatum.

Et dicitur Credo per totam Octavam.

Dominica sequenti pro foro celebratur in Territorio Sangallensi

Dedicatio Ecclesiæ propriæ (dupl. I cl.), et dicitur Missa principalis

T Ad Laudes et ad Vesperas:
U Y. Dilectus Deo et hominibus.
E R. Cujus memoria in benedictione est.

R ORATIO:
T Deus, qui gentes nostras per beatum
C Gallum Abbatem ad agnitionem veræ
I fidei perduxisti: concede nobis in ejus-
S dem fidei professione inviolabilem firmi-
R tatem, ut cum ipso præmia consequamur
D æterna. Per Dominum.

Die 17 Octobris

In Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis

Duplex I cl. cum Octava communis
Missa Terribilis, de Communi De-
dicationis Ecclesiæ.

Et dicitur Credo per totam Octa-
vam, Præfatio communis extra Do-
minicam.

In Missis privatis lectis tantum
fit Commemoratio S. Hedwigis Vid.,
ut in Missali hac die.

Die 20 Octobris

S. Justi Martyris

Duplex

Introitus

Ps. 63, 11



aetabitur justus in Dómi-
no, et sperabit in eo: et
laudabuntur omnes recti
corde. Ps. ib., 2 Exaudi,
Deus, orationem meam, cum dépre-
cor: a timore inimici éripe ánimam
meam. ¶ Glória Patri.

Oratio

Deus, qui beatum Justum Már-
tyrem tuum in puerili adhuc
ætate triumphantem coronasti: con-
céde propítius; ut, cujus sollemni-
tatem obséquiis celebrámus, ejus
étiam patrocíniis semper adjuvé-
mur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Joannis Cantii Conf.:

Oratio

Da, quásumus, omnípotens Deus: ut, sancti Joánnis Confessóris exémplo in sciéntia Sanctórum proficiéntes, atque áliis misericórdiam exhibéntes; ejus méritis, indulgéntiam apud te consequámur. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Octavæ S. Galli:

Oratio

Intercéssio nos, quásumus, Dómine, beáti Galli Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. (Per Dóminum.)

Postea Commemoratio Octavæ Dedicationis Ecclesiae Cathedralis:

Oratio

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratiónis réparas diem, et sacris semper mystériis repraeséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut, quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Sap. 10, 10-14

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sci-

ret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc vénditum justum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni et poténtiam ad-vérsus eos, qui eum deprimébant: et mendáces osténdit, qui macula-vérunt illum: et dedit illi claritatēm aetérnam, Dóminus, Deus noster.

Graduale Ps. 36, 24 Justus cum cecíderit, non collidétur: quia Dóminus suppónit manum suam. V. Ibid., 26 Tota die miserétur, et cōmodat: et semen ejus in benedictiōne erit.

Allelúja, allelúja. V. Joann. 8, 12 Qui séquitur me, non ámbulat in ténebris: sed habébit lumen vitæ aetérnæ. Allelúja.

 **Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthéum**

Matth. 18, 1-10

In illo témpore: Accessérunt discípuli ad Jesum, dicéntes: Quis, putas, major est in regno cælórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státuit eum in médio eórum, et dixit: Amen, dico vobis, nisi convérsi fuéritis, et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælórum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno cælórum. Et qui suscéperit unum párvulum talém in nómíne meo, me súscipit. Qui autem scandalizáverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendátur mola asinária in collo ejus, et demergátur in profundum maris. Væ mundo a scándalis! Necésse est enim ut véniant scándala: verúm-

tamen vae hómini illi, per quem scándalum venit! Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscíde eum et prójice abs te: bonum tibi est ad vitam íngredi débilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habéntem, mitti in ignem æténum. Et si óculus tuus scandalizat te, érue eum et prójice abs te: bonum tibi est cum uno óculo in vitam intráre, quam duos óculos habéntem, mitti in gehénnam ignis. Vidéte ne contemnátis unum ex his pusíllis: dico enim vobis, quia Angeli eórum in cælis semper vident fáciem Patris mei, qui in cælis est.

Dicitur Credo, ratione Octavarum.

Offertorium Ps. 20, 4-5 Posuísti, Dómine, in capite ejus corónam de lápide pretioso: vitam pétuit a te, et tribuísti ei, allelúja.

Secreta

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio: et ejus nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cuius sollemnitáte defértur. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Joanne Cantio Secreta

Has, quæsumus, Dómine, hóstias sancti Joánnis Confessóris tui méritis benígnus assúme: et præsta; ut, te super ómnia et omnes propter te diligéntes, corde tibi et ópere placeámus. (Per Dóminum nostrum.)

Pro Octava S. Galli Secreta

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Gallus Abbas, quæsumus, in salútem nobis proveníre depóscat. (Per Dóminum nostrum.)

Pro Octava Dedicationis Eccl. Cath. Secreta

Annue, quæsumus, Dómine, précibus nostris: (ut, quicúmque intra templi hujus, cuius anniversárium dedicatiónis diem celebrámus, ámbitum continémur, plena tibi, atque perfécta corporis et ánime devoteiónē placeámus;) ut, dum hæc vota præsentia réddimus, ad ætérrna præmia, te adjuvánte, perveníre mereámur. Per Dóminum nostrum.

In Ecclesiis extra Cathedralem omittitur parenthesis.

Communio Joann. 12, 26 Qui mihi minístrat, me sequárur: et ubi sum ego, illic et miníster meus erit.

Postcommunio

Refécti participatióne múnéris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cuius exséquimur cultum, intercedénte béato Justo Mártyre tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

Pro S. Joanne Cantio

Postcommunio

Pretiói corporis et sanguinis tui, Dómine, pasti delíciis, tuam súpplices deprecámur cleméntiam: ut, sancti Joánnis Confessóris tui méritis et exémplis, ejúsdem caritatis imitatóres effécti, consórtes simus et gloriæ. (Qui vivis.)

Pro Octava S. Galli Postcommunio

Prótegat nos, Dómine, cum tui perceptiōne sacraménti beatus Gallus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur insígnia, et intercessiōnis percipiámus suffrágia. (Per Dóminum nostrum.)

Pro Octava Dédicationis Eccl. Cath.

Postcommunio

Deus, qui de vivis et éléctis lapídibus ætérum majestáti tuæ præparas habitáculum: auxiliare pópulo tuo supplicánti; ut, quod Ecclésiæ tuæ corporálibus próficit spátiis, spirituálibus amplificétur augmémentis. Per Dóminum.

J Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Joanne Cantio Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Justi et Octavarum, et dicitur Credo, ratione earumdem Octavarum.

Die 21 Octobris

De Octava S. Galli Abbatis

Semiduplex

Missa Os justi, de Communi Abbatum, et fiunt Commemorationes sequentes:

Oratio

Pro Octava Dédicationis Eccl. Cath.

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti templi tui consecratioñis réparas diem, et sacris semper mystériis repræsentas incólumes: exaudi preces pópuli tui, et præsta; ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. (Per Dóminum.)

Pro S. Hilarione Abbatे

Oratio

Adésto, Dómine, supplicatióibus nostris, quas in beáti Hilariónis Confessóris tui sollemnitáte deférimus: ut, qui nostræ justitiæ fidúciam non habémus, ejus, qui tibi plácuit, précibus adjuvémur. (Per Dóminum nostrum.)

Pro Ss. Ursula et Soc. Vv. et Mm.

Oratio

Da nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus palmas incessábili devotioñe venerári: ut, quas digna mente non possumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

Secreta

Pro Octava Dédicationis Eccl. Cath.

Annue, quæsumus, Dómine, précibus nostris: (ut, quicúmque intra templi hujus, cujus anniversárium dedicatioñis diem celebrámus, ábitum continémur, plena tibi, atque perfécta córporis et ánimæ devotioñe placeámus;) ut, dum hæc vota præsentia réddimus, ad æterna præmia, te adjuvánte, pervenire mereámur. (Per Dóminum nostrum.)

In Ecclesiis extra Cathedralem omittitur parenthesis.

Pro S. Hilarione Abbatē Secreta

Præsta nobis, quæsumus, omnípotens Deus: ut nostræ humilitatis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honore Sanctórum, et nos córpore páriter et mente puríscet. (Per Dóminum.)

Pro Ss. Ursula et Soc. Vv. et Mm.

Secreta

Inténde, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Vírginum et Mártyrum tuárum Ursulæ et Sociárum ejus festivitáte propósita: ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti; ita nobis indulgentiam largiáris. Per Dóminum.

Postcommunio

Pro Octava Dedicationis Eccl. Cath.

Deus, qui de vivis et éléctis lapídibus æténum majestáti tuæ præparas habitaculum: auxiliare pópulo tuo supplicánti; ut, quod Ecclésiæ tuæ corporálibus próficit spátiis, spirituálibus amplificétur augmén̄tis. (Per Dóminum.)

Pro S. Hilarione Abbe

Postcommunio

Quásumus, omnípotens Deus: ut, qui cælestia aliménta percípimus, intercedénte beáto Hilaríone Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. (Per Dóminum nostrum.)

Pro Ss. Ursula et Soc. Vv. et Mm.

Postcommunio

Præsta nobis, quásumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Virgínibus et Martýribus tuis Ursula et Sociábus ejus; ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

J Missæ privatæ dici possunt etiam, juxta Rubricas, aut de Octava Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, cum Commemoratione Octavæ S. Galli, S. Hilarionis et Ss. Ursulæ et Soc., et cum Credo; aut de S. Hilarione (Missa Justus ut palma, de Communi Conf. non Pont. 2 loco), cum Commemoratione Octavarum S. Galli et Dedicationis ac Ss. Ursulæ et Soc., sine Credo; aut de Ss. Ursula et Soc., ut in Missali hac die, cum Commemoratione Octavarum S. Galli et Dedicationis ac S. Hilarionis, item sine Credo.

Die 22 Octobris

In Ecclesiis consecratis, excepta Cathedrali:

In Dedicatione propriæ Ecclesiæ

Duplex I cl. cum Octava communi Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ, cum Credo per totam Octavam et in Secreta dicitur Parenthesis.

Die 23 Octobris**In Octava S. Galli Abbatis**

Duplex majus

Missa Os justi, de Communi Abbatum.

Et dicitur Credo.

In Ecclesia Cathedrali et Ecclesiis non consecratis fit Commemoratio Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis. In aliis Ecclesiis consecratis primum fit Commemoratio Dedicationis propriæ, deinde Ecclesiæ Cathedralis (Oratio Deus, qui invisílitter).

Die 24 Octobris**In Octava Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis**

Duplex majus

Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

Et dicitur Credo.

In Ecclesiis consecratis, excepta Cathedrali, fit Commemoratio Dedicationis propriæ Ecclesiæ per Orationem Deus, qui invisílitter.

Die 25 et 26 Octobris

In Ecclesiis consecratis, excepta Cathedrali:

De Octava Dedicationis propriæ Ecclesiæ

Semiduplex

Missa Terríbilis ut in Festo.

Et fit Commemoratio Simplicis occurrentis, ut in Missali; 3^a Oratio de sancta Maria Concéde.

J Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Simplici occurrenti, ut in Missali, cum Commemoratione Octavæ, sed sine Credo.

Die 27 Octobris

In Ecclesiis ut supra:

De Octava Dedicationis propriæ Ecclesiæ

Semiduplex

Missa Terribilis ut in Festo.

Et fit Commemoratio Vigiliae Ss. Simonis et Judæ App., ut in Missali hac die; 3^a Oratio de sancta Maria Concéde.

J Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Vigilia Ss. Simonis et Judæ App.; in Ecclesia Cathedrali 2^a Oratio de sancta Maria Concéde, 3^a contra persecutores Ecclesiæ vel pro Papa; in reliquis Ecclesiis consecratis 2^a Oratio de Octava Dedicationis, 3^a de sancta Maria Concéde.

Die 29 Octobris

In Ecclesiis ut supra:

In Octava Dedicationis propriæ Ecclesiæ

Duplex majus

Missa Terribilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

Et dicitur Credo.

Die 3 Novembris

S. Pirmini Ep. et Conf.

Duplex

Missa Sacerdótes tui, de Communi Conf. Pont. 2 loco, præter sequentia:

Oratio

P

Deus, qui in corde sancti Pirmíni Confessóris tui atque Pontíficis ignem tui amoris accéndere dignátus es: da; ut eódem caritatis ardore ab omni labe peccati mundémur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Octavæ Omniaum Sanctorum:

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuorum mérita sub una tribuísti celebritate venerári: quásumus; ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicatis intercessóribus, largiáris. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio S. Iddæ Viduæ:

Oratio

Exaudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beatæ Iddæ festivitaté gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

Dicitur Credo, ratione Octavæ.

Secreta

C

Sancti Pirmíni Confessóris tui atque Pontíficis, quásumus, Dómine, ánnua sollémnitas pietati tuæ nos reddat accéptos: ut, per hæc piæ placatiónis officia, et illum beata retribútio comitétur, et nobis gratiæ tuæ dona concíliet. Per Dóminum.

Pro Octava Omniaum Sanctorum Secreta

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotónis offérimus: quæ et pro cunctórum tibi grata sint honore Justórum, et nobis salutária,

te miserante, reddantur. (Per Dominum nostrum.)

Pro S. Idda

Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblátio pro tuórum honore Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognoscit auxílium. Per Dóminum.

Postcommunio

Deus, fidélium remunerátor animarum: præsta; ut beáti Pir míni Confessóris tui atque Pontíficis, cuius venerándam celebrámus festivitatēm, précibus indulgentiam consequámur. Per Dóminum.

Pro Octava Omníum Sanctorum

Postcommunio

Da, quæsumus, Dómine, fidélibus pópolis ómnium Sanctórum semper veneratióne lætari: et eórum perpétua supplicatióne muníri. (Per Dóminum.)

Pro S. Idda Postcommunio

Satiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventióne nos réfove, cuius sollémnia celebrámus. Per Dóminum.

Die 5 Novembris

Sacrarum Reliquiarum

quæ in Ecclesiis Diœcesis assertantur

Duplex majus

Missa Multæ tribulatiónes (cum Orationibus Auge...), ut inter Festa pro aliquibus locis, in novo Missali sub 5 Novembris, in aliis ad finem ejusdem mensis.

Et fit Commemoratio Octavæ Omníum Sanctorum, et dicitur Credo, ratione ejusdem Octavæ.

Die 16 Novembris

S. Othmari Abbatis,

Patroni æque principalis Diœcesis

ORATIO:

Deus, qui beatum Othmarum Abbatem misericordia et fortitudine mirabiliter imbuisti: da nobis, quæsumus, illius sequi vestigia, ut cum ipso coronari mereamur in cœlis. Per Dominum.

Die 23 Novembris

In Octava S. Othmari Abbatis

Duplex majus

Missa Os justi, de Communi Abbat. Et fit Commemoratio S. Clemens I Papæ et Mart., ac S. Felicitatis Mart., ut in Missali hac die.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Clemente I Papa et Mart., ut in Missali hac die, cum Commemoratione diei Octavæ S. Othmari ac S. Felicitatis Mart., et dicitur Credo, ratione ejusdem Octavæ.

Die 26 Novembris

S. Conradi Ep. et Conf.

Duplex

Missa Sacerdótes tui, de Communi Conf. Pont. 2 loco.

Et fit Commemoratio S. Silvestri Abbatis ac S. Petri Ep. et Mart., ut in Missali hac die.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Silvestro Abate, ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Conradi et S. Petri.

Die 27 Novembris

S. Columbani Abbatis

Duplex

Missa Os justi, de Communi Abbat.

APPENDIX MISSARUM

PRO FESTIS SANCTORUM PATRONORUM PRINCIPALIUM
IN ALIQUIBUS ECCLESIIS DICECESIS SANGALLENSIS

NOTA. Hæc Festa celebrantur ut Duplicia I classis cum Octava communi, et dicitur Credo per totam Octavam. De Festis semiduplicibus et duplicibus minoribus vel majoribus in Festo principali S. Patroni non fit Commemoratio, nisi in Missis privatis lectis. In die vero Octava (duplex majus) in omnibus Missis Commemoratio facienda est de Festo forte occurrenti simplici, semiduplici, dupli minori vel majori.

Die 13 Decembris

S. Jodoci Confessoris

Missa Justus ut palma, de Communi Conf. non Pont. 2 loco.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Diebus 14 et 15 Decembris Missa principalis dicitur de Octava Conceptionis immaculatae B. M. V., cum Commemoratione Octavæ S. Jodoci.

De Octava S. Jodoci post 16 Dec. nihil fit amplius.

Die 20 Januarii

S. Sebastiani Martyris

Missa Lætabitur, de Communi unius Martyris 4 loco.

Pro Commemoratione S. Fabiani Papæ et Mart. dicuntur Orationes Infirmitatem ex Missa Státuit, de Communi unius Martyris 1 loco.

Die 22 Januarii

S. Vincentii Martyris

Missa Lætabitur, de Communi unius Martyris 4 loco.

Pro Commemoratione S. Anastasi dicuntur Orationes ex Missa In virtute, de eodem Communi 3 loco.

Die 12 Maji

S. Pancratii Martyris

Missa Protexisti, de Communi Martyrum Tempore Paschali 1 loco, cum Orationibus Præsta... ut qui, ut ibi 3 loco.

Pro Commemoratione Ss. Nerei, Achillei et Domitillæ dicuntur Orationes Semper nos, ut in Missa diei (Ecce oculi), omissis verbis atque Pancrati.

Die 8 Junii

S. Medardi Ep. et Conf.

Missa Státuit, de Communi Conf. Pont. 1 loco.

Die 8 Julii

S. Chiliani Ep. et Mart.

Missa Státuit, de Communi unius Martyris 1 loco.

Die 5 Augusti

S. Oswaldi Regis, Martyris

Missa Lætabitur, de Communi
unius Martyris 4 loco.

Die 1 Septembris

S. Verenæ Virg. et Mart.

Missa Loquébar, de Communi
Virginum 1 loco.

In die Octava, 8 Sept., de S.
Verena fit Commemoratio tantum.

Die 11 Septembris

Ss. Felicis et Regulæ Martyrum

Missa Sapiéntiam, de Communi
plurimorum Martyrum 2 loco.

Die 3 Novembris

S. Iddæ Viduæ

Missa Cognóvi, de Communi non
Virginum 2 loco.

De Octava Omnia Sanctorum
hodie nihil fit.

In Festis duplicibus per Octavam
primo fit Commemoratio Octavæ
Omnia Sanctorum, deinde Octa-
væ S. Iddæ.

Die 17 Novembris

S. Aniani Ep. et Conf.

Missa Sacerdótes tui, de Com-
muni Conf. Pont. 2 loco.



S. PETRI CANISII CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

Introitus

Eccli. 15, 5

In medio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum, allelúja, allelúja. Ps. 91, 2 Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum Confessórem tuum virtúte et doctrína roborásti: concéde propítius; ut ejus exémplis et mónitis errántes ad salútem resipíscant, et fidéles in veritátis confessióne persevérant. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum 2 Tim. 4, 1-8

Caríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus et regnum ejus: práedica verbum, insta opportúne, importúne: árgue, óbsecra, ícrepa in omni pa-tiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sus-tinébunt, sed ad sua desidéria co-ac-cervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritaté quidem audí-

tum avértent, ad fábulas autem con-verténtur. Tu vero vígila, in ómni-bus labóra, opus fac Evangelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, et tem-pus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consum-mávi, fidem servávi. In réliquo repó-sita est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judec: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.

Allelúja, allelúja. V. Ps. 118, 46 Lo-québar de testimóniis tuis in con-spéctu regum, et non confundébar. Allelúja. V. 1 Cor. 9, 22 Omnia óm-nibus factus sum, ut omnes fácerem salvos. Allelúja.

In Missis votivis per annum dic-tur

Graduale Ps. 118, 129-130 Mirabília testimónia tua, Dómine, ídeo scrutáta est ea ánima mea. V. De-claratio sermónum tuórum illúmi-nat et intelléctum dat párvulis.

Allelúja, allelúja. V. Ps. 108, 30 Confitébor Dómino nimis in ore meo: et in médio multórum laudá-bo eum. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Al-lelúja et Versu sequenti, dicitur

**Pro Ss. Perpetua et Felicitate
Secreta**

Inténde, quæsumus, Dómine, múnera altáribus tuis pro sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuæ et Felicitatis festivitáte propósita: ut, sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulísti; ita nobis indulgéntiam largiáris. (Per Dómínum nostrum.)

Deinde, in Quadragesima, Commemoratio Feriæ.

Communio Matth. 19, 28 et 29
Amen, dico vobis: quod vos, qui reliquístis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis, et vitam ætérnam possidébitis.

Postcommunio P

Quæsumus, omnípotens Deus: ut beáti Fridolíni Confessóris tui sancta precátio et a terrénis nos afféctibus indesinénter expédiat, et cælestia desideráre perficiat. Per Dómínum nostrum.

Pro Ss. Perpetua et Felicitate

Postcommunio

Mýsticis, Dómine, repléti sumus votis et gáudiis: præsta, quæsumus; ut intercessiónibus sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuæ et Felicitatis, quæ temporáliter ágimus, spirituáliter consequámur. (Per Dómínum.)

Deinde, in Quadragesima, Commemoratio Feriæ, et legitur ejus Evangelium in fine.

J Missæ privatæ dici possunt etiam, juxta Rubricas, aut de Ss. Perpetua et Felicitate Mm., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Fridolini et, in Quadragesima, Feriæ, cujus tunc etiam Evangelium legitur in fine; aut, in Quadragesi-

ma, de Feria, cum Commemoratione S. Fridolini et Ss. Perpetuæ et Felicitatis.

Die 22 Martii

**B. Nicolai de Flüe Confessoris
Duplex**

Introitus Ps. 54, 8 et 10

Bcce, elongávi fúgiens, et mansi in solitúdine: quóniam vidi iniquitátem et contradictionem in civitáte. Ps. 111, 1 Beátus vir, qui timet Dómínum: in mandátis ejus cupit nimis. V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui beátum Nicoláum Eremítam Angelórum esca mirabiliter nutríre ac donis cælestibus cumuláre voluísti: concéde, quæsumus; ut, ejus intercessióne, Domínicum corpus et sanguinem digne súmere in terris et gloriósum conspícere mereámur in cælis. Per eúmdem Dómínum nostrum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios Eph. 1, 16-23

Fratres: Non cesso grátias agens pro vobis, memóriam vestri fáciens in oratióibus meis, ut Deus, Dómini nostri Jesu Christi pater glóriæ, det vobis spíritum sapiéntiæ et revelatiónis, in agnitióne ejus: illuminátos óculos cordis vestri, ut sciátis, quæ sit spes vocatiónis ejus, et quæ divítiae glóriæ hereditátis ejus in sanctis, et quæ sit superéminens magnitúdo virtútis ejus in nos, qui crédimus secúndum operatiónen poténtiæ virtútis ejus, quam operátus est in Christo, súscitans illum a mórtuis, et constituens ad

Tractus Ps. 118, 104, 105 et 158
A mandatis tuis intelléxi, propterea
odívi omnem viam iniquitatis. ¶ Lu-
cérrna pédibus meis verbum tuum,
et lumen sémitis meis. ¶ Vidi præ-
varicáentes et tabescébam, quia eló-
quia tua non custodiérunt.

 Sequéntia sancti Evangélii se-
cúndum Mattháeum

Matth. 5, 13-19

In illo témpore: Dixit Jesus discí-
pulis suis: Vos estis sal terræ.
Quod si sal evanúerit, in quo salié-
tur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut
mittátur foras, et conculcétur ab ho-
mínibus. Vos estis lux mundi. Non
potest cívitas abscondi supra mon-
tem pósita. Neque accéndunt lucér-
nam, et ponunt eam sub módio, sed
super candelábrum, ut lúceat ómni-
bus qui in domo sunt. Sic lúceat lux
vestra coram homínibus, ut vídeant
ópera vestra bona, et gloríficent Pa-
trem vestrum, qui in cælis est. No-
líte putare, quóniam veni sólvere
legem aut prophétas: non veni sól-
vere, sed adimplére. Amen, quippe
dico vobis, donec tránseat cælum

et terra, iota unum aut unus apex
non præteríbit a lege, donec ómnia
fiant. Qui ergo sólverit unum de
mandatis istis mínimis, et docúerit
sic hómines, míminus vocábitur in
regno cælórum: qui autem fécerit
et docúerit, hic magnus vocábitur
in regno cælórum. Credo.

Offertorium Ps. 33, 12 Veníte, fí-
lli, audíte me: timórem Dómini do-
cébo vos, allelúja.

Secreta

Sanctifica, misericors Deus, hæc
múnera tibi oblata, et Ecclé-
siæ tuæ, beáto Petro intercedénte,
unitatis et pacis propítius dona con-
céde. Per Dóminum.

Communio Is. 12, 3 Hauriétis aquas
in gáudio de fóntibus Salvatóris,
allelúja.

Postcommunio

Sacrificium, Dómine, quod in ho-
nórem beáti Petri Confessóris
tui atque Doctóris obtúlimus: fidem
nostram, spem et caritátem áugeat,
et Ecclésiam tuam nova semper
prole létificet. Per Dóminum.

Concordat cum originali. In fidem, etc.

Ex Secretaria Sacræ Rituum Congregationis, die 12 Augusti 1925

L. ♫ S.

Philippus di Fava, Substitutus

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 15 Octobris 1925

Kiefl